

Aduertencias para

appulisset, defunctam quandam inuenit iam
iam humandam, quã cum pregnantem emor-
tuam fuisse cognosceret, conquisito [non sine
difficultate] cultelo, eam iussit adaperiri, ex
qua extractus fœtus viuus est inuentus, quem
& Baptizauit: nomẽq; indidit Elisabeth; erat
quippe dies Visitationis Immaculatę V. Ma-
rię, anno Domini. 1596. Quę Paulo post
ad cęlos euolauit. O altitudo sapientię, &
scientię Dei, quam incomprehensibilia sũt
iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Quis
cognouit sentum Domini, aut quis consilia-
rius eius fuit? Cum Infans vel adultus bap-
tizatus fuerit extra Ecclesiam, ob mortis pe-
riculum, postea cum conualuerit, vel cũ pri-
mum licuerit, deferatur ad Ecclesiam, & sol-
lemni ritu fiant omnia præscripta in Manua-
li, vt sit in aliis, videlicet Catechismus, &
Exorcismi. &c. hoc vno excepto, quod nõ ad-
hibeatur aqua, neq; forma verborũ proferatur, qui-
bus Baptismus conficitur, quia iam erat bap-
tizatus. Si aliquis baptizauerit paruulum,
antequam ad Ecclesiam ducatur, tenetur Cu-
ratus inquirere, sub qua forma, & intentio-
ne baptizatus sit, & si ritẽ baptizatum inue-
nerit, iterum etiam sub conditione, baptizãs
irre